



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

10. Quo tempore facta sint, quæ habentur cap.46. à vers.13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

Hinc apparet priorem librum Ieremia scriptum fuisse anno quarto Iosakim: eum autem anno quinto iam incepto combustum docemur esse, quod 36. v. 9. & 10. Cum enim annus quintus ibi, ex communia interpretum sensu dicens intelligatur, non est, quod quartum accipiamus completum, & omnibus annis illo cap. numerandis ambiguè locutum suspicemur.

IEREMIAE XLVI. v. i.

Veneratus Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Iosakim. Eundem annum exhibet textus Hebreus hoc loco, & versio 70. cap. 26. v. 2. ubi sic habet: Iosakim Aegypto super virtutem Pharaonis Necho regis AEgypti, qui erat ad Euphratem in Charmis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in anno quarto Iosakim regis Iuda.

QVÆSTIO X.

*Quo tempore gesta sint, quæ hic usque ad
v. 13. referuntur.*

A D hanc questionem soluendam, scitè monet Castrius, nosse oportere *Historia Iosakimi beli*. Huius belli historiam, quam hanc in modum narrat Iosephus lib. 10. Anno quarto, ex quo is (Iosakim) regnare cœpit, 6. ex certe Gelenij. Anno quarto, ex quo is (Iosakim) regnare cœpit, 6. Nabuchodonosorus, apud Babylonem regno poritus, cum instruatis exercitu Charchesam ad Euphratem sitam pergit, bellum inferens AEgyptio Necho, qui tum toti Syriae dominabitur. At ille cognito Babylonij conatu, non contempserit hostem, sed cum validis & numerosis copijs ad Euphratem, & opposuit, & collatis signis cum eo congressus, amissis multis milibus, coatus est cedere: Babylonius autem superato Euphrate totam Syriam, Pelusium, que subegit. Iudea sola excepta. Hæc Iosephus, qui bene Iudeam excipit, quia anno tertio Iosakim subegerat Chaldaeus. Dan. 1. v. 2.

2. Anno igitur Iosakimi quarto, percussus est Necho, hoc est, vicitus & in Egyptum se recipere coactus, ubi eum postea decessisse, & filio suo Samni si- Sammerico imperium tradidisse narrat Herodotus lib. 2. intellige annis ali- quo, postquam, euentu dispari, etiam ad Euphratem pugnauerat, anno ultimo alio, quo victo, & ex vulnera mortuo rex AEgypti Iudeos in suam potestatem subegerat. 4. Reg. 22. à v. 19.

3. Anno 4. Iosakim incipiente, vicos à Nabuchodonosore AEgyptios abducit Castrius. Quod si verum est, tunc Nabuchodonosor parentine necdum ducesserat: hoc enim mortuo, non nisi sub initium quinti mensis, aut saltem circa vel post medium quarti, labente anno 4. Iosakim, regni administratio Nabuchodonosori magno tradita est, ut suo loco dixi. Sia autem ea pugna

anno

*Necho
victus
anno 4^o
Iosakim.*

anno 1. Nabuchodonosoris iam regnantis commissa est; dicimus patriam Ægyptios, sub finem anni quarti loakim. Sed testa qualiter Jeremias hanc prophetiam, de clade Ægyptiorum ediderit.

*Dætempora
huius va-
ticipiit su-
spicio.*

4. Suspiciatur forrè quispiam hoc vaticinium à Prophetâ post mortem Pharaonis Necho, siquidem v. t. dicitur: *Quem pro-
donoſor rex Babyloni.* Et v. 6. ad Aquilonem, iuxta flumen Euphratum. Paulus tetus, qui initio huius cap. asserit hanc prophetiam esse factam, post Pharaonis Necho, qui losiam, inquit, interfecit, iuxta flumen Euphrat, quando itidem occisus est, à rege Babyloniorum.

5. Sanctius hic num. 1. cum dixisset hoc vaticinum fulmen vibratum, multo ante quam à Chaldeo vinceretur; paulo inferius subiungit modo, quo vaticinum exortus est Propheta, tunc hæc alteromanus. Ita, quando ad bellum necessaria præsidia parabantur, aut ante locum, aut paulo post, cum intermissum paulisper bellum integratum est. Ego nihilominus magis propendo in Castrij, Cornelij, Taliani sententiam, qui hanc prophetiam anno quarto loakim post regnantis, prolatam esse censem. Imò videtur hæc vobis Jeremias multo ante prælium ad Euphatem initum, quando Ægyptius invenerit camis. Nam ver. 1. dicitur hoc verbum ad Jeremiam factum, contra Pharaonis Necho, qui erat iuxta flumen Euphrat. Sichaberi Litanus; in Hebreo est haia, quod reddi potest, fuit, vel erat.

*Hoc vates
predixit
ante mor-
tē Necho.* 6. Negandum igitur est, hanc prophetiam denunciatam esse, per tem Necho, quem non occidit, sed vicit dunxat, &c. in Ægyptum, Nabuchodonosorus. Nec obstat, quod de hac Ægyptiorum irragione, præterita Jeremias loquatur; hoc enim ad euentus certitudinem metrico indicandam facit. Sicut Michæas de futuro conflictu cōculis, det, ac si iam esset commissus: *Vidi cunctū Israel diffusum in munib[us] non habentes pastorem;* 3. Reg. 22. v. 17. Et ipse Jeremias hic cap. 1. ad finem iam temporis usurpat. Et c. 48. futura vaticinans, ubi loquitur, ac si iam vastata esset.

IEREM. XLVI. v. 13.

*Anno 4.
loakim
hoc prædi-
cavit.* 1. Verbum quod locutus est Dominus ad Jeremiam Prophetum, p[ro]p[ter]eum, effet Nabuchodonosor. Hæc & sequentia usque ad finem capituli anno adsecutus Lyranum, Cornelius in Chonotaxi cap. 20. & clarissim huius cap. coram Ratio communis est, quod ea prophetia, quæ neque expresse, neque iam temporis habet notationem, ad præcedentis prophetie tempus. Hæc itaque cùm omni chronicō charactere destituantur, una cum

precedenti vaticinio probabilitet anno quarto Iosakimi tribuitur, ita ut occasio-
ne vinciendi, aut viati Pharaonis ad Euphratrem, aliam stragem denunciet *Ægypti*
imminentem, quam aliquot annis post Ierosolymorum euerionem
Nabuchodonosor intulit, quando *Ægyptum* longè lateque populatus in suam
redit potestatem. Ad hoc enim tempus, huius oraculi euentum applicant au-
tores iam laudati, Sanctius hic num. 23. & indicat Theodoreus cum ait, Iere-
miam illa quæ hic minatur prædictissæ Iudeæ, cum descendissent in *Ægyptum*,
quando lapides condidit sub vestibulo palatiorum: quod sine dubio post urbem
& Sedecie calam accidit, ut pater Ierem. 43. v. 9.

2. Dices: Septuaginta cap. suo 26. vers. 3. hanc prophetiam ita ordiun- Editio Graeca
tur: Quæ locutus est Dominus in manu Ieremie, cum veniret Rex Babylonis ad persecutandam canō pug-
nam *Ægypti*. Hæc autem verba videntur indicare, hoc varicinium eo tem- nat cum
porandum, quo Chaldaeus infestis signis petebat *Ægyptum*. Resp. ita quidem Latina
habere, versionem Latinam Græco textui annexam: Sed valde obscuro sen-
tia. Ipsi enim Septuaginta, vocem Hebreæm *laba*, reddiderunt, *τελέσαι*, quod
aliq[ue] venit, quod veniret, siue eo quod veniret, alijs transferunt *de veniendo*, vel *de eo*,
qui venturus esset, alijs denique *vt veniret*. Vulgata autem editio optimè cæteros
terris his verbis declarat: super eo, quod venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis,
Conquisitus terram Ægypti, hoc est, de hostiis Nabuchodonosoris aduentu, siue
expeditione in *Ægyptum*, ut bene Castrius hic num. 7. Taceo, ex communi au-
thorum sensu, videri Ieremiam prius vitâ functum, quam Babylonius, eò mo-
deretur.

IEREM. XLVII. vi.1.

*Q*uod factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam, contra Palæstinos, ante-
quam percuteret Pharaon Gazam.

Q V A E S T I O XI.

Quando edita hæc prophetia: quando completa.

1. CVM S. Vates præmitrat, hoc verbum sibi factum, antequam percuteret Pha- Editio est
raon Gazam, tempus subindicat, non completae, sed oblatae sibi prophetiaz, Gaza non
monet Castrius, ac proinde Scriptores, ut doceant, quo tempore hæc prædi- dū capta.
tevit Ieremias, inquirent, quando Gazam ceperint *Ægypti*. Quia de re nobis
diuinandum esse affirmat Sanctius: quia neque ex scriptura sancta, inquit, neque ex
probato aliquo auctore, quod ego viderim, aliquid inuenio solidi, cui innitar.

2. Alixignat tamen idem auctor, tria diuersa tempora, quibus Gazam ab De Gaza
Quasi. Chron. P. 3. capta 3. *Ægyptijs Opiniones*

m